Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nem ad ymaginem suam: ad ymaginem dei cre
auit illum: masculum et feminam creauit illos.
benedixitq; illis et ait: Crescite et multiplica
mini et replete terram: et subiicite eam: et domi
namini piscibus maris et uolatilibus celi: et
ymniuersis animantibus que mouentur super terram.
Dixitq; deus: Ecce dedi uobis omnem herbam
afferentem semen super terram: et uniuersa lugna
que habent in semetipsis sementem generis sui:
ut sint uobis in escam et cunctis animantibus
terre. omniq; uolucri celi. et uniuersis que moue
tur in terra. et in quibus est anima uiuens. ut
habeant ad uescendum. Et factum est ita. Et uidit
deus cuncta que fecerat: et erant ualde bona. Et
factum est uespe et mane dies sextus. Igitur per
fecti sunt celi et terra: et omnis ornatus eorum.
Complewitq; deus die septimo opus suum qd
fecerat: et requieuit die septimo ab uniuerso ope
suo qd patrarat. Oro. Deus qui mirab. Leto. ix.
Noe uero cum quingentorum esset annorum ge
nuit sem. cham. et iafet. Cumq; cepissent
homines multiplicari super terram. et filias pare
rent: uidentes filii dei filias hominum qd essent
pulcre acceperunt sibi uxores ex omnibus quas
elegerant. Dixit quoq; deus: Non ymanebit
spiritus meus in homine in eternum quia ca